

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hec est noua queda[m]. singular[is] atq[ue] rara legenda.
ex alijs sex lege[n]dis collecta et perfecta. tractans de
origine. et vite. ordine. de conuersione. ac magistrali
disputatione. ast de ...**

Petrus <Frater>

Argentin[ae], 6.IV.1500

Capitulum xxi. De iteratis blanditijs

[urn:nbn:de:bsz:31-333645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-333645)


Capitulū XXI

mente captus publica voce pfitetur. Hic nimis reginā a lege patria et cultura deorum subuertit. nec alius quam rendus est nobis singularis demencie architectus idest seductor quam ipse. Et quāuis irrecupabile mihi dānum de coniuge ab eo pisset illatus; hoc potius tamen eligo ut resipiscens ab hac stulticia. deos sibi placabiles reddat. et in nra ut ceperat amicitia paret priusquam animaduersionis nostre sententiam experiatur. Hic dictis iussit omnes milites ipsius porphiri. qui lateri eius adhibebant coram se adduci. Quibus seorsum aduocatis. dum de porphiri conuersione questionem faceret. omnes vna voce christianos se esse protestabatur. et nec metu mortis a fide christi ac porphiri societate vllatenus dilapsuros. Hinc tyrannus eorum aliquos putans terrore penarū a proposito tali posse reuocari. iubet eos exsitis cruciari supplicij. Quos cum ad locū supplicij praebi porphirius intueretur. ti-

mens ne timore passionis eorum mentes turbarentur. dixit tyranno. Quid sibi imperator vult. quod horum principem et caput dimittis. me scilicet. et membra inferiora persequeris. Nam nisi me primo victum reddideris. inane in his laborem confusmes. Ab his ergo si quid habes querere. ego pro eis tibi asto rationem redditurus. Dicit ei tyrannus. Tu princeps et caput eorum es. ut asseris. oportunum est ergo ut tu istis de te prebeas exemplum: videlicet ut primus ab hac stulticia resipiscas. et gloriose nobiscum viuas. aut certe primo gladio intereas. Ita locutus furore ebrius iubet hunc cum ceteris comilitonibus suis extra ciuitatem trahi. et amputatis capitibus eorum canibus corrodenda dimitti eorum corpora. Quod et factum est. Consumata itaque est horum passio. mense nouembri. die vigesima quarta. feria scilicet quinta.

Capitulu; XXI.
de iterata blandicia iniqui

tyrannus
de mini
tissima
de lenter
no cōtra
de pcedi
ronas
tes. et d
ofone



De iteratis blāditijs .XL

tyranni ad brām katherinā
de minis eius ⁊ de cōstan/
tissima virgīnis morte. Et
de sententia mortis a tyrā/
no cōtra eam lata. nec non
de predicatiōe eius ad ma/
tronas ⁊ p̄gines aspicien/
tes. ⁊ de pulcherrima eius
oſone quā fecit p̄ suis de

uotis et eius exauditiōe. p̄
christi vocē a circūstantibz
auditā Tandē d̄ decollatiōe
ipsius. ⁊ lactis p̄ sanguine
effluxiōe de corpis eius tu/
mulatiōe in synai p̄ manus
angeloz. ac de olei mirifica
emanatiōe ex ossibus eius.
et de quibusdā alijs rebuz.



Dstera
autem die se/
dens pro tri/
bunali impijs/
simus tyrān?

nec dum martirum sangui
ne faciat. beatam kathe/
rinam iubet sibi p̄sentari.
Cui sic ait. Quāq̄ tu oīm
horuz rea sis. quos arte ma/
gica deprauatos mortis di

¶ iij

Capitulum XXI

spendium subire fecisti. si tamen ab erroneo proposito tuo animum reuocares: et dijs omnipotentibus thura offerres, poteras nobiscum feliciter regnare. et prima ad huc in regno nostro nominari. Ne nos ergo diutius protrahas, quod vis e duobus vnum elige, aut maturius aris libamina thuris offeras, aut hodie acuto gladio a ceruice caput auulsus miserabile cunctis populis inuentibus spectaculum prebebis. Cui virgo respondit. Non est miserabile inquit spectaculum, cui de occasu ortus succedit gloriosus: et de morte immortalitas, de merore iocunditas, de tristitia gaudia mercantur eterna. Te ergo protrahere diutius tyranne non quero, fac quecumque nequissima mens tua excogitat, paratam me esse videbis ad omnia sustinenda que mihi inferre poteris, dumodo regem meum videre et virginalibus choris agnum sequentibus interesse merear. Et sic pre-

fatam, tyrannus furiali spiritu debriatus virginem, de conspectu suo abstractam iubet extra portam ciuitatis decollari. Que cum ad locum passionis presertim properaret, respiciens vidit turbam multam virorum et mulierum sequentium se atque plangentium, inter quas precipue virginum et multe matrone nobiles lamentabantur. Ad quas sancta katherina conuersa dixit. O generose matrone o virginum clarissime, nolite obsecro passionem meam lamentabili planctu onerare, sed si nature vos pietas vlla erga me incitat ad misericordiam, tunc gaudente precor mihi potius, quam video dominum iesum christum me vocantes, qui est merces copiosa sanctorum, decus et corona virginum. Vos lacrimabilem planctum istum quem inaniter in me perditis, in vos ipsas peruertite, ne vos in hoc gentilitatis errore diuina superbia deprehendat, quo et tunc fletus eternos subeat

Hec dum locuta fuisset. a percussore orandi spaciū sibi poposcit indulgeri. Quod cū spiculator annueret. ipsa eleuatis in celū oculis orauit dicens. O decus et salū credentiū. o spes et gloria virginū ihu rex bone. grās tibi ago qui me inter collegiū ancillarū tuarū connūerare dignatus es. fac ergo hanc cum ancilla tua obsecro misericordiam ut quicūq; in laudem et gloriā tuā. passio nis mee memoriā egerint siue in exitu aie sue. aut etiaz in quacūq; tribulatiōe. angustia seu necessitate me inuocauerint. celerē pitiatio nis tue effectum obtineant fugiat ab eis pestilētia et famēs. morbi et clades. et vniuersa aurarū intēperies. Fiat in finib; eorū terre fecunda messio. aer salubrior. et secundū elementorū tuorum gratiā. iocunda fructuum vbertas. Ecce iam cōpleto certaminis mei agone. dñe ihu bone. ferientis gladiū expecto. tu quē carnifex tollerere nō potest. pcor suscipe spīritū meū. et p manus sanctorū angelorū tuorū. in eter-

ne quietis sede cuz sanctis virginib; psoneri iubeas.

Hec dum oronem virgo cōpleuerat. et ecce vox huiusmodi de sublimi nube emissa ad eam reddi. Venio electa mea. sponsa mea electa. veni. ecce tibi btitudinis ianua aperitur. ecce quietis eterne mansio tibi iam parata. tuū aduentū expectat. Jam in occursum tuū chorus ille virginē. exultātibus anis cū triumphali aduentat corona. Veni ergo et ne solliciteris de donis q̄ postulas. Nam et his q̄ passionem tuā deuotis mentib; celebrauerint. et qui in periculis et necessitatib; te inuocauerint. presidia optata: et opem celerem de celo pmitto. Facta ergo hac voce. xpī virgo lacteam ceruicē pten dens. spiculatori ait. Ecce ego vocor a dño meo ihesu xpō. tu iam impiger age. et redde expletum qd a tyrano accepisti mādatū. Vox ille insurgens. brām xpī pginem decollauit. Quo ex facto due res digne memoria apparuerunt. Una. q̄a lac pro sanguine in testimoniu virginalis innocentie

Capitulum xxii

de corpe eius effusum. terram vberius irrigauit. Altera: quia mox angeli accesserunt et assumptum corpus virginis per alta aera cum capite subuehentes in montem synai deposuerunt. et in monumento honorifice sepelierunt. Qui quidem mons a loco occisionis distat. itinere viginti et eo amplius dierum. quo in loco monasterium quoddam est monachorum. quod ad laudem dei et ad seruitium admirabilis virginis katherine sunt ibi coadunati. In eodem quoque loco innuenerunt miracula ad laudem dei. et ad gloriam gloriose virginis katherine. Sed inter alia miracula sicut fertur est istud unum et precipuum: quod vere multum est memoria dignum. Nam in festo huius venerabilis martyris innumerabilis animarum multitudo annuatim venit. quarum quelibet unam vel plures oliuas in rostro suo portans. in claustrum sponit monasterium supradictum. et sic ibidem in tanta copia oliuae coadunant. ut oleum factum ex eis per totum annum habundanter

sufficiat monachis illis per necessitatibus suis. et ad lumen lampadum. Item iterum valde insigne potest miraculum fieri in eodem loco. quoniam de sepulchro beate katherine riuus olei indefinenter emanare videtur. Nam et de minutis ossibus quod de sarcofago aliquando cum oleo effluere visa sunt. vbi cuiusque sunt dispersa. salutaris tamen liquor stillare non desinit. ex quo puncta debiliu corpora. celeris medicinae sanitate reparant.

Capitulum xxij.

de vindicta quam deus mediante constantino magno. et beate katherine patruo fecit sic et ipsa perdidit contra maxentium tyrannum. qui eam tam crudeliter iussit cruciari et tandem gladius



Constantinus igitur imperator cum re publica prius in galliis. deinde de rome et per totam italiam strenue procurasset. ac prouide gubernasset. ad simile opus per utilitatem communi in greciam transiret. ad ciuitatis